Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante

Wołoszynowski Consorti suae Reformat.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premyshensibus Nobilis Stephanus Wołoszynowski Nobilis Stephani Wołoszynowski filius sanus mente et corpore extra Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibuscunque proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneatus Premyshensis quo ad Actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis gloriosis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Marussiae Vniatynska olim Nobilis Kost Vniatycki Topuszko filiae Consorti vero suae Ultimae et eius posteris Summam Quinquaginta Florenorum polonicalium ratione verae dotis et expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam importatae nec non aliam similem Summam Quinquaginta Florenorum polonicalium ratione certi veri iusti et liquidi dotalitii in et super tota et integra medietate bonorum suorum generali omnium haereditarium et obligationum Mobilium et immobilium Summarumque quarumcunque pecuniae nunc habitarum et in post habendum nec non Auri Argenti Clenodiorum pecorum pecudum Equorum Equiteae vestium vestimentorum totiusque et integrae suppellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae dedit dotavit dotalitiavit Inscripsit et Reformavit prout praesentem dat dotat dotalitiat Inscribit et Reformat. Quam quidem medietatem bonorum suorum gloriosorum eadem Nobilis Wołoszynowska Consors sua cum omni Iure Dominio et proprietate omnibusque et singulis utilitatibus et emolumentis tenebit habebit et possidebit illisque pacifice et quiete utifruetur vigore ac more aliarum Reformationum hac tenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Eorundem Coniugum Mutua Aduitalitas

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premyshensibus Nobiles Stephanus Wołoszynowski Nobilis

Stephani